



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

CXLV. das Domstift genehmigt die Gedächtnißstiftung des Priester Johann
Hogbe, am 9. März 1347.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](#)

uerlario prefati domini frederici, inter vicarios et socios nostrum Chorum, ut premittitur, frequentantes, qui vigiliis et misse presentes interfuerint, annis singulis diuidendum. Nosque ad premissam ordinationem voluntatem nostram et consensum nostrum erogauimus et presentibus erogamus etc. Datum anno domini M°. CCC°. XL. sexto, feria sexta proxima ante diem beati Bartholomei apostoli, in Capitulo nostro generali, presentibus nobis Conrado de arnstede preposito, Johanne de Schepelitte decano, Conrado de Buch preposito in Sehusen, Conrado de osteren Scolastico ecclesie nostre, Johanne de Rokyz, Olrico de Eykenbardeleue, Wernerode vincelberghe ac henningo de Santersleue, Canonicis ecclesie nostre Stendaliensis predice, consensus nostros tribuentibus ad premissa.

CXLV. Das Domstift genehmigt die Gedächtnißstiftung des Priestet Johann Hoghe, am 9. März 1347.

— nos Conradus, dei gracia prepositus, Johannes eadem gracia Decanus Totumque Stendalensis Ecclesie capitulum in hiis scriptis recognoscimus — Quod discretus vir dominus Johannes dictus hoghe, perpetuus vicarius altaris sancti Laurencii, siti in Ecclesia nostra, deum cupiens in hac vita sue hereditatis facere principem, ut ipse post hanc vitam in regno filii sui coheres fieri mereatur, vnum chorum filiginis et vnum Talentum denariorum Brandenburgensium pro viginti et octo marci argenti Brand. cum omni proprietate a nobis legitime comparauit, de eisdem videlicet choro filiginis et Talento taliter ordinando, quod celerarius noster, qui pro tempore fuerit, vicario altaris sancti Laurencii martiris predicti, qui pro tempore fuerit, vnum Talentum denariorum predictorum de fisco nostro annis singulis presentabit, idem Talentum per eundem vicarium in anniuersario Ecberti patris ac Cuneugundis matris domini Johannis predicti et post mortem suam eiusdem domini Johannis, quorum tamen anniuersarius simul et semel in ecclesia nostra in vigiliis et missa pro defunctis secundum ecclesie nostre consuetudinem singulis annis peragetur, inter canonicos, qui presentes fuerint diuidendum. Chorus vero filiginis predictus, cuius dimidieta dabitur ex curia, quam nunc inhabitat Coppe dictus de querstede, reliqua vero dimidieta ex curia Johannis filii Coppen predicti, morantes in villa Befwede, annis singulis erogabitur ad altare sancti Laurencii predictum perpetue permanebit et vicarius eiusdem, qui pro tempore fuerit, ipsum Chorum filiginis percipiet liberaliter atque tollet. In cuius rei testimonium etc. Datum in nostro capitulo generali, Anno domini Millesimo Trecentesimo quadragesimo septimo, feria sexta proxima ante dominicam qua cantatur Letare iherusalem, Presentibus nobis Conrado preposito Johanne . . decano, Conrado de osteren Scolastico, Johanne de Rokiz, Olrico de Eykenbardeleue, Wernerode vincelberghe, Wernerode Reynoldi ac Johanne de Santersleue Canonicis ecclesie stendalensis predice.

CXLVI. Das Domstift überläßt den Genossen der Kammer eine Hebung aus Staffelde, zur Gedächtnißfeier Johann's von Bellin, am 9. März 1347.

Nos Conradus, dei gracia prepositus, Johannes eadem gracia Decanus Totumque Capitulum Ecclesie stendalenſis — dimisimus et presentibus dimittimus sociis in Camera, chorū nostrū